

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs IV. Vtrum diuina prouidentia rebus prouisitatem
imponat. art. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

partes est de fide, ut ex iis, quæ, quæst. 14, artic. 13, dicta sunt, est manifestum: quo loco ostensum est, de fide esse, nobis libertatem arbitrij inesse, in omnibusque effectibus, qui ab arbitrio creato pendent, certi contingentiam, etiam constitutione vniuersi posita, posseque eo caularum ordine, quem ipsa cernimus.

Caietanus hoc loco valde torquetur, anxiusque laborat in concilianda libertate arbitrij nostri cum diuina prouidentia. Atque ut nodum difficultatus ante oculos ponat, tria considerat in effectibus caularum secundarum. Primum est, contingentia, quæ, ut hoc loco docet D. Thomas, non omnibus effectibus conuenit, sed aliquibus; idque comparatione suarum caularum, si suapte natura consideratur. Qui enim effectus causas habent, à quibus, secundum se spectatis, produci & non produci possunt, dicuntur contingentes. Secundum est necessitas, quæ, ut etiam docet D. Thomas, non omnibus effectibus conuenit, sed aliquibus comparatione etiā suarum caularum. Qui enim effectus causas habet, quæ suapte natura impediri nequeunt ab eorum productione, dicuntur necessarij. Tertium est ineuitabilitas, ut vnuquisque eorum ita eueniat, sicut à Deo prouisum est, ut eueniat. Quod si, inquit Caietanus, consequentia hæc bona est, hoc est prouisum à Deo, ut contingent, aut necessari eueniat, ergo ineuitabiliter eodem modo eueniet: ut à Doctoribus communiter concedi confuerit, utique conditio illa communis est omnibus effectibus comparatione prouidentia diuina: quandoquidem omnes ex eternitate prouisi à Deo sunt, ut eo pačo eueniant, necessari quidem ex causis necessariis, contingentes vero ex causis contingentibus.

Si autem, inquit Caietanus, effectibus omnibus comparatione prouidentia diuina eiusmodi ineuitabilitas, ut eo modo eueriant, quo re ipsa sunt, conuenire concedatur: licet talia maneat contingentia quorundam effectuum & necessaria aliorum, que ex natura rei rebus conuenient copiaratione suarum caularum, si secundum se spectentur: licet etiam aliqua ex parte talia maneat libertas arbitrij comparatione suarum actionum, quatenus voluntas, si secundum se consideretur, nulla habitatione diuina prouidentia, indifferens est, ut velit, aut non velit, vel etiam nolit id, quod hic, & nunc vult: nihilominus postea prouidentia diuina, quæ iam ex eternitate est simpliciter, spectansque omnibus quæ iam actu sunt, perit arbitrij libertas comparatione cuiusque actionis quam voluntas actu exercet: quandoquidem talis actio ineuitabilis est à voluntate, existente, ut re vera existit, prouidentia, quæ ita à Deo, ut euenire, prouisum est. Ut enim, inquit, ea proiectione mercium, que veritate tempestate fit, simpliciter & absolute est volita, quia, spectans circumstantias, que ione actu sunt, est voluntaria. Solum secundum quid est nolita, quia prouiciens nollet eas prouicere, si periculum id non postularet: ita voluntas nostra, spectata prouidentia que iam est, quæ ex eternitate praexistit, simpliciter & absolute tamen actionem evitare non poterit, ac proinde simpliciter non est libera ad eandem non eliciendam, sed solum secundum quid: si spectetur secundum se, & non existente ea determinatione diuina voluntatis ac prouidentia, que iam est. Quod si actiones voluntatis nostrae e modo sunt omnes ineuitabiles, inanis profectio est omnia consilatio nostra, atque conatus, inanes quoque processus ad Deum ful pro vitandis peccatis, & aliis damnis, quandoquidem diuina prouidentia ac voluntas ovvero est immutabilis, et vero existente, omnia perinde ineuitabiliter euenient, ac si ex necessitate, & non contingenter euenirent. Nec fuis facit, inquit Caietanus, responsio illa communis, quod in sensu diuisio, prædictæ comparatione

A tione nostræ voluntatis secundum se spectata, sunt ineuitabilitas: ut in sensu composto, comparatione scilicet diuina prouidentia, sum ineuitabilita. Non, inquam, ea responsio satisfacit: quoniam cum ex eternitate detur in Deo prouidentia, sanè quemadmodum simpliciter, spectansque omnibus quæ iam actu dantur, illa sunt ineuitabilita: ita simpliciter, spectansque omnibus quæ sunt aeternis, perit arbitrij libertas ad illa vitanda.

Caietanus pondere huius difficultatis pressus, ait: Quamvis à Doctoribus communiter dicatur, ineuitabilitatem, ut aliquid eueniat, sequi ex eo, quod sit prouisum, volitum, aut prædestinatum à Deo (hæc enim tria pro eodem in re proposta accipi dicit) nihilominus trepidus, eò quod se communi Doctorum sententiam opponere credat: ita, se suspicari, quod quemadmodum esse prouisum, neque contingentiam: neque necessitatem ponit in euentu prouiso: eò quod cum Deus causa sit superexcedens causas omnes tam contingentes, quam necessarias, tam per se, quam per accidentem, prahabens proinde in se eminenter necessaria & contingentia, ad eum spectet producere tamquam effectus electos, non solum res, sed etiam omnes rerum & euentuum modos: sic etiam ex eo quod euentus prouisus sit à Deo, sequatur aliquid aliud, quam esse ineuitabile vel ineuitabile, ita ut ex passiva prouisione euentus, neutrum illorum duorum oporteat sequi, sed aliquid utroque aliud, idque propter altorem, atque excellentiorem modum quo Deus rebus, euentibusque prouiderit, quam cogitari intelligi, à nobis in hac vita valeat. Atque ita, inquit, quisque intellectus, non in evidencia veritatis perspecto in particulari, sed in altitudine inaccessibili veritatis occulta.

Intra duo affirmat Caietanus. Vnum est, consequentiam illam non esse bonam: hoc est prouisum à Deo futurum, ergo ineuitabiliter ita eueniet. Alterum est, le non penetrare causam, quare potius aliquid altius dandum sit, quam effectum esse ineuitabile aut ineuitabile, arbitrarie illud esse de numero eorum, quæ in hac vita penetrari non valent, propter aliquid in hac re latens, ob cuius ignoracione intelligi in hac vita nequit coherentia libertatis arbitrij, ineuitabilitatisque effectuum qui ab eo pendunt, cum diuina prouidentia ac prædestinatione. Satisque, inquit, est, profiteri, nos non habere evidenciam huius rei, sed sola fide certi tenere duo illa coherentia inter se: quemadmodum etiam ingenue forem, nos non habere evidenciam de mysterio sanctissime Trinitatis: quim tamquam evidens velle docere, quod evidens non est scriptum namque est. Altiora te ne questionis: plurima enim sunt tibi supra sensum hominum reuelata. Receditque Gregorius dixit. Minus de Deo sentire, quæ hoc tantum de illo credit, quod suo ingenio meis potest. Hoc Caietanus.

Nonnulla sunt hoc loco animaduertenda, ex quibus luce clarius constabit, tum coherentia libertatis arbitrij nostri: atque ineuitabilitas effectuum, qui ab eo pendunt, cum diuina prouidentia: tum etiam quibus in rebus deceptus sit Caietanus, fallanturque multi alii qui fundamentis Caietani initentes, in concilianda libertate arbitrij nostri, ineuitabilitatisque effectuum ab eo pendente cum diuina prouidentia, multum laborant, atque ita habent (ne dicam errant) ut propositum, prout res postulabat, non assequuntur.

Illud igitur in primis nulla ratione admittendum est, effectus omnes, qui in hoc mundo eueniunt, prouisus esse à Deo, ut ita fierent, preparasseque illic causas, ut ita euenirent, quasi eos intenderit, voluisseque voluntate vel efficaci, vel absoluta, ut ex certis causis ita euenirent, que omnia Caietanus hoc

*Caietani la-
bor in conci-
lianda arbit-
rij libertate
cum diuina
prouidentia.*

*M
D*

hoc loco ponit tamquā certa & indubitata. Etenim cūm prouidentia non aliud sit, quām ratio ordinis mediorum in finem, in mente diuina ex aeternitate existens, cum proposito talem ordinem exequendi, vt artic. i. ex D. Thoma, communique Doctorum sententia diximus: effectum aliquem prouisum esse à Deo, vt si suis causis eo modo euenias, quo re ipsa evenit, nihil aliud est, quām Deum sua prouidentia illum intendisse vt finem, atque, vt eo modo eueniret, præparasse illi media & causas, ex quibus ita emanaret: id autem afferre de actibus peccatorum, quos inter effectus reales, qui in hoc mundo sunt computados esse constat, planè blasphemum, errorique est manifestus in fide, vt in concordia quæst. i. 4. artic. 13. à disputat. 30. aperte est demonstratum, ubi cum Augustino dicebamus, ea ratione actus peccatorum non tribui Deo, quia licet ad eos cooperetur tamquam causa vniuersalis, sūaque prouidentia contulerit homini liberum arbitriū, à quo emanant, non tamen eo fine hominem liberum fecit, aut cum eo cooperatur, vt peccaret, sed vt studiosè ageret, manente tamen libertate ad peccandum: idque tum quia id natura ipsa rerum habebat: tum etiam vt studiosa operatio illi in laudem, honorem, & meritum cederet, vt sepe dictum est. Vnde quia actus peccatorum abusus sunt liberi arbitrii, deuotio: que ab eo fine, ad quem nobis Dei prouidentia collatum est, idcirco non Deo, sed nobis tamquam effectus proprij tribuuntur. Nullo ergo modo dicendum est, actus peccatorum effectus esse diuinæ prouidentiæ, à Deo esse prouisos, vt ita fierent, aut Deum præparasse illis causas, vt ita fierent. Licet enim causam eorum præpararet, nempe arbitrium ipsum à quo sunt: non tamen vt ita fierent, sed potius vt fierent contrarii actus nos verò iis abutimur causis ad actiones, quæ nequitia nostra est, ad quas nobis à Deo non sunt collatae, & ob eam causam peccamus.

Quo loco illud notandum etiam est: Prout idem à prouidendo, quasi prouidentiam, seu à prout videndo, idcirco videri nuncupatam, quia qui prouidet, quasi prouidea futura, arque adeò media, vel vt res hant, vel vt impediatur, prout magis expedite iudicauerit, accommodata adhibeat: quare qui melius prouidet, aut cōiectura proficit, quid futurum sit, quibzque mediis propositum aſsequetur, is melius prouideret nouit, exactiorque in illo, ac perfectior est prouidentia. Aliud ergo est, vnde prouidentia dicitur, quodque origo, & fundamentum est prouidentiæ: aliud prouidentia significat. Illud namque est prouidentia seu præscientia, qua videtur quid futurum sit, & quæ media accommodata sint, vt instiratum aſsequatur: hoc verò est ratio mediorum in finem, cum proposito id ex parte prouidentis mandandi executioni. Quod sit, vt illa tamquā inter effectus diuinæ prouidentia comprobanda sint, quæ vel sunt fines à Deo intenti, quibus prout preparata media vi fierent, vel sunt ipsa media ab eodem præparata ad finem. Vtrumque verò dicitur suo modo prouisum, vnum quidem tamquam ordinatum, vt sit medium ad talem finem: alterum verò tamquam id, cui quasi passiuē prouisum est, vt per tale medium habeatur. Non ergo actus peccatorum effectus sunt diuinæ prouidentia, sed sola corū permisso, quam Deus in optimis fines ordinat & vult. Neque aliter peccata sub diuinam prouidentiam cadunt, nisi quatenus voluntate Dei permissa sunt, per quam tamen porcent impediri, si ipse vellet. Quia verò ad rationem permissionis peccatorum opus est, vt non solum pec-

A cata ipsa ex nostra mera libertate nascantur, sed etiam vt Deus ea futura præcognoscet, posuisse impetrare, nec tamen velite efficitur, vt in concilianda, tam libertate arbitrij nostri circa actus peccatorum, quām evitabilitate eorum cum diuina prouidentia, non aliud labor sit, quām in eisdem conciliandis cum præscientia, quia Deus prævidet eos esse futuros, nisi impeditat. Quia etiam eos omnes efficiens diuinæ prouidentia, qui, quoad executionem, peccatis natura posteriores sunt, cuiusmodi sunt ipsæ pœnae peccatorum, non aliter Deus vult, aut permittit, quām sub hac conditione, se per liberum arbitrium creatum ipsa peccata futura sint, atque adeò non aliter sunt à Deo absolute voliti, quām voluntate quadam cōsequente, vt cum Damasco q. 19. artic. 6. dictum est, politaque præscientia, quod ex libertate, ac nequitia arbitrij creati peccata futura sint (id quod Deus absolute cognoscit in libera determinatione voluntatis) quia ex aeternitate statuit condere huic ordinem rerum, quem re ipsa condidit (vt quæst. 4. artic. 13. ostendit) idcirco in concilianda etiam evitabilitate horum omnium effectuum, quatenus à peccatis hominum, liberisque arbitrio creati pendent, non alia difficultas est, quām in eisdem conciliandis cum diuinæ præscientia, quia non minus certò prævident futuri, quām peccata, ceteraque actiones libertæ, à quibus tales effectus dependent.

Hinc etiam patet, interfectiones, quibus aliqui interdum, præter ipsorum spem, à grallatoribus interficiuntur, suffocatione: que aliorum in fluminibus, & his similia, cūm saltē à peccato primorum parentum tamquam poena ex illo subsecutæ pendant, nec futura essent, si peccatum illud non præcessisset, certitudini diuinæ præscientie circa illud idem peccatum inniti, eaque sublata non esse certos eiusmodi effectus. Imò vero nec dicendum esse eos à prouidentia diuina fuisse intentos, vt ira eueniret, aut nexum causarum, ex quibus proficiuntur, præparamut, quod tamen nonnulli Doctores inconsideratē affirmare solent. Etenim neque id cum diuina bonitate est consentiens, neque Deus arbitria grallatorum eo fine condidit, vt innocentem hic & nunc vellent interficere, neque arbitria eorum, qui in aqua suffocantur, eo fine, vt natando, vel aliquid aliud agendo, suffocarentur, sed vt recte operando vitam aeternam promerentur, ut cum libertate ad peccandum, & ad alia opera indifferentia efficienda, vnde tales eventus interdum, raro tamen proficiuntur. Nec verò negamus proinde, eiusmodi euenitus à Deo ex causis vnde oriuntur prævios esse futuros, ipsiusque prouidentia esse permisso, tum in pœnam delicti primi parentis, tum vt causas finat agere accommodat ad suas naturas, ob alijsque congruentes fines.

Illud etiam Caietano dandum non est, diuinam prouidentiam, quā diuinæ prouidentia est, includere affectionem finis, ad quem media præparantur, semperque velle voluntate vel efficaci, vel absolute finem, ad quem media ordinantur, quāsi numquam, quod ordinem mediorum ad fines, diuinæ prouidentia frustretur, sed semper finis sequatur. Omnia namque, quæ ab arbitrio creati pendent, sub quibus beatitudinem etiam & metita comprehendimus, solum voluntate conditionata, si scilicet homines & Angeli idem quoque vellent. Atque hoc genere voluntis omnibus vniuersim hominibus & Angelis volunt beatitudinem, & media ad beatitudinem necessaria, in cūnque finem omnes sua prouidentia ordinavit, vt qu. 19. artic. 6. diximus: neque

neque tamen omnes eum finem diuinæ prouidentiæ assequuntur, idque defectu solum liberi arbitrij hominum, & Angelorum. Voluntate verò absoluta nulli adulorum voluit beatitudinem, & merita ad illam assequendam necessaria, nisi posita præcipientia, qua ex hypothesi prævidit eos, si collocarentur in ordine rerum & auxiliorun in quo positi sunt, pro sua libertate meritorum esse, venturisque in vitam æternam. Nostro namque intelligendi more cum fundamento in re, ante actum, quo ex æternitate absolutè statuit condere eum rerum ordinem, quem re ipsa condidit, cernens Deus per scientiam illam medianam inter liberam & merè naturalem, de qua quæst. i. 4. artic. i. 3. disput. penult. & vlti. dictum est, qui tandem in vita termino ob præcedentia merita vitam æternam adepturi essent, si tales rerum ordinem vellent condere, dum posterius eundem ordinem absolutè voluit condere, eo ipso volenti actu complacuit sibi per voluntatem absolutam, ut i. quos præuidebat ob præcedentia merita peruenturos in vitam æternam, ea potirentur, atque eo ipso actu voluntatis diuina fuerunt prædestinati ad vitam æternam per illa media, qua ex ipso ratione libertate prævia sunt futura, vt quæst. seq. plenius dicimus: quod sit, vt in diuina prouidentia, & prædestinatione, comparatione etiam effectuum, qui & ab arbitrio creato pendent, & à prouidentia diuina tamquam fines sunt intenti: verèque sunt effectus diuina prouidentia & prædestinationis, nulla alia sit certitudo, quam certitudo præscientia, quod ita ex talibus mediis sint euenturi: cum re ipsa, si arbitrium creatum, vt poteat, veller, contrario modo effent euenturi. Nullus ergo alius labor est in concilianda libertate arbitrij nostri, euitabilitateque euentuum, qui ab illo aliquo modo pendent, cum diuina prouidentia, quam in iis ipsis conciliandis cum certitudine diuina præscientia.

*rouidentia & prædesti-
nationis non arbitrio creato pendent, & à prouidentia diuina tamquam fines sunt intenti: verèque sunt effectus diuina prouidentia & prædestinationis, nulla alia sit certitudo, quam certitudo præscientia, quod ita ex talibus mediis sint euenturi: cum re ipsa, si arbitrium creatum, vt poteat, veller, contrario modo effent euenturi. Nullus ergo alius labor est in concilianda libertate arbitrij nostri, euitabilitateque euentuum, qui ab illo aliquo modo pendent, cum diuina prouidentia, quam in iis ipsis conciliandis cum certitudine diuina præscientia.*

Non idem est effectu aliquem esse certò, & absque quia non certò, & effe incertabiliter euenturum. Ineuitabilitas namque attenditur comparatio effectu cum sua causa: nullus verò vnuquam concessit effectum, si ab arbitrio creato pendet, esse ineuitabilem, aut hanc esse bonam consequentiam: hic effectus est prouisus, prædestinatus, aut præscitus à Deo euenturus: ergo ineuitabiliter euentur. Etenim cum præscientia stat à libero arbitrio possit euitari: qui autem non euitat, & non possit, peccat, si effectus viciousus sit. Certitudo verò dicitur de effectu comparato cum cognitione, qua cognoscitur euenturus. Vnde quia diuina præscientia nullo modo potest falli, haec est optima consequentia: hic effectus ab arbitrio creato pendens, præcitus est à Deo euenturus: ergo sine illa dubitatione, & absque illa deceptione diuina scientia, qua præcognitus est euenturus, euentur. Atque hoc est quod merito concedunt Doctores.

*Euitabile, &
ineuitabile
medium non
habent com-
paratione e-
iusdem effe-
ctus.*

Id etiam, quod Caietanus hoc loco inuehore natura, dari videlicet medium inter euitabile, & ineuitabile seu non euitabile, comparatione eiudem effectus, nulla probabilitate potest defendi: sic enim medium inter contradicentia concedendum est: quo nihil magis absurdum fingi potest. Illud tamen affirmandum est, quemadmodum ha consequentie inepta sunt: si hoc est animal, ergo est rationale: vel si hoc est animal, ergo est non rationale: non ex eo quod derur medium inter contradicentia, aut quod detur animal quod neque rationale, neque non rationale sit: sed quia animalia in commune quædam ratione prædicta, quædam rationis expertia sub se comprehendat, atque adeò ex eo, quod aliqui rei

A ratio animalis in commune conueniat, neque sequitur, eam esse ratione prædictam determinatè, neque item rationis expertem, sed sub disfunctione necesse est alterum illi conueniat: ita etiam has consequentias esse nullas: si hoc est proutisam, aut præsumtum futurum, contingenter euentur: aut si tale est, necesse faturum est: item, hoc est prouisum, aut præsumtum futurum, ergo euitabiliter euenturum est, aut si eiusmodi est, ineuitabiliter futurum est: idque non quod detur effectus, qui comparatione sua causa (stante etiam præcientia & prouidentia) non sit vel necessarius, vel contingens, hoc est, qui, & euentire, & non euenire possit (omnes namque quatenus à Deo ratione creationis & conseruationis pendent, sunt contingentes, quia & esse, & non esse possunt, Deo liberè conferente, & conseruante naturas corum: comparatione verò causatum secundarum, singuli, vel sunt necessarii, vel sunt contingentes) sed quod, cum prouidentia & præcientia te extendat ad effectus necessarios, & contingentes, ex eo quod aliquid sit prouisum: neque sequitur determinatè ex suis causis euenturum necessariò, nec item contingenter. Idem dicendum est de illa alia consequentia: neque enim ea de causa censenda est inepita, quod detur effectus in particulari, qui neque sit euitabilis neque ineuitabilis à sua causa: sed quod prouidentia & præcientia tam ad effectus, qui à suis causis possunt, quam ad eos qui non possunt euitari, se extendat. Imò consequentia illa quodammodo disparate censenda sunt, atque huic similes: si lapis est, ergo est ex Africa, aut non est ex Africa: quod lapidi est impertinens.

His ita constitutis. Cum in concilianda libertate arbitrij nostri, euitabilitateque effectuum ab eo pendentibus cum prouidentia, non alia difficultas sit, quam in iis ipsis cum diuina præscientia conciliandis: hoc autem secundum quæst. i. 4. artic. i. 3. sat dilucide præsterimus, non est quod hoc loco amplius immoretur.

Porrò, vt hoc loco aliquid summatim proper Caietanum dicatur, caput unde euitabilitatem euentuum, qui ab arbitrio creato pendent, cum diuina præscientia bene conuenire ostendimus, illud erat. Quia non ex eo quod Deus præsciebat effectus ita euenturos esse, id est eueniebant, sed è contrario, quia illi pro libertate arbitrij ita sunt euenturi, Deus id præsciebat. Si verò contrario modo, vt re vera possunt, euitare euenturi, Deus non id, quod præcivit, sed contrarium præcivisset. Quia ratione dicebamus, certitudinem diuina præscientia circa eiudem modi euentus non proficiunt ex certitudine obiecti, quod secundum se est ineuctum, potestque re ipsa contrario modo euenire, sed ex altitudine, omnique ex parte illimitata perfectione diuini intellectus, qua vt altissimo modo eos comprehendit in sua essentia, ita certissimum, quod secundum se est incertum, præcognoscit. Quod si nulla omnino habita ratione eius, quod pro libertate arbitrij creati futurum est, Deus pro arbitrio suo præsciret, quicquid vellet, id est arbitrium creatum hoc potius, quam aliud, effet facturum, quia id præscivit Deus, & non è contrario, quia arbitrium pro sua libertate id effet facturum, id est Deus ex illimitata sua perfectione id prævideret futurum, præfuturus non id ipsum, sed contrarium, si contrarium à libero hominis arbitrio, vt poteat, effet futurum: vtique vim haberent, que Caietanum impulerunt ad medium inter contradictionia excogitandum, atque ad assendum ignorari in hac vita modum, quo libertas arbitrij, euitabilitasque effectuum illius cum diuina prou-

prouidentia cohererent. Eo enim dato, planè diuina præscientia fatalem quandam necessitatem imponebat effectibus omnibus, simplicitèque tolleret arbitrij libertatem, ut Caieranus bene argumentabatur. At res non illi modo sese habet: quare nullam vim rationes Caetani habent.

QVÆSTIO XXIII.

De prædestinatione.

ARTICVLVS I. & II.

Quid sit prædestinatione.

DISPUTATIO I.

QVM prædestinatione, ut iam ostendimus, si quis pars quædam diuina prouidentia subiecta, merito D. Thomas cum tractatione de prouidentia disputationem prædestinationis coniungit. Fundamenta totius humus de prædestinatione & reprobatione tractationis facta sunt quæst. i. 4. artic. 8. & 13. (præsertim in concordia) q. 19. artic. 6. & quæst. præcedente artic. 1. & 4. quare ea omnia ante oculos sum habenda, ut legitima prædestinationis ac reprobationis ratio intelligi possit, quæ & diuina maiestate ac bonitate fit digna, & cum sacris Scripturis consentiant, neque iis, quæ vel de diuina gratia, vel de libertate arbitrii nostri, artic. 13. citato demonstrantur, præjudiciū aliquod inferri videatur. Quod si, ut diuino freti auxilio speramus, ita diuinam prædestinationem & reprobationem expostierimus, ut cum prædictis omnibus consentire perspiciat, non alio credo: egenus testimonio, ut veritatem nos esse assiquitos intelligatur.

Prædestinationem esse, qua ij. qui vitam æternam consequeretur ad id ipsum ex æternitate à Deo fuit destinati, ex sacris Scripturis non illimum est. Ad Rom. 8. *Quos præscivit & prædestinavit consimiles fieri imaginis filii sui, et sic ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit.* Ad Ephes. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in consecratione in caritate, qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.*

Vt verò quid prædestinatione sit intelligatur à nominis significacione, exordium sumendum est.

Prædestination ex, pra. quod antecessionem quādam significat, & destino, componitur: verbum autem, *destino*, non solum in Scripturis sanctis, sed etiam apud priscos Latinos, duobus modis accipi solet. Vno, pro eo quod est mettere: vnde 1. Mach. 1. *Destinavit aliquos de populo, & abierunt ad Regem.* Suetonius in vita Galbae, cap. 16. *Prætorianos cum mandatis ad Imperatorem destinavit.* Altero vero modo pro eo quod est, statuere, definire, & ordinare. Quæ acceptio apud Latinos autores profanos, & in diuinis literis est frequenter. Vnde 2. Machab. 6. de Eleazaro dicitur. *Destinavit non admittere illicita propter vitæ amorem.* 2. ad Corinth. cap. 9. *Prout unusquisque destinavit in corde suo.* Tullius item de officiis. *Cum corona alteri Dionysius diem necis destinaverit.* Imo prior vocabuli acceptio ex posteriori determinata est: etenim, qui mittuntur, prius destinantur, ut eant.

Diuinus ergo Thomas hoc loco, Durandus in 1. dist. 40. q. 1. Driedo de concordia liberi arbitrii &

A prædestinationis, cap. i. & alijs sumentes verbius, *destinare*, in prima acceptione, prædestinationem dicunt esse, rationem transmissionis creature rationalis in sempiternam beatitudinem. Dicunt namque, *destinare*, idem esse atque transmittere, destinatio nem idem arque transmissionem quando autem res aliqua eò peruenire debet, quod ex solis suis viribus deuenire non potest, necesse est, ut directa ab alio eò transmittatur: quo pacto sagitta directa à sagittario peruenit ad scopum. Quia ergo simili modo creature intellectu prædicta solis suis viribus detinere nequit in sempiternam felicitatem, ut pote finem supernaturalem, sed auxilio indiget supernaturali ac diuino, deducitio, perduciōque illius per auxilia diuina in beatitudinem, dicitur in hac acceptione destinatio, hoc est transmissionis in beatitudinem. Ratio autem auxiliorum & mediorū, quibus transmittenda est, ex æternitate existens in Deo cum proposito mandanti causa exequutioni, propter antecessionem illam, appellatur prædestinatione eiusdem creature in beatitudinem.

Alij vero iuxta posteriorem verbi, *destino*, acceptiōnem, volunt prædestinationem significare pre-

destinationem ac præordinationem, qua Deus ex æternitate aliquibus creaturis intellectu prædictis ea media conferre constituit, quibus in vitam æternam peruenient. Ita, prater Caetanum in illud ad Rom. 8.

Quos præscivit & prædestinavit. Albertum Pighium lib. 8. de libero arbitrio, cap. 2. & plerosque alios,

Hieronymus in prioribus Commentariis in illud ad Ephesios 1. *Qui prædestinavit nos in adoptionem, &c.*

Vbi prædestinare ait esse prædestinare. Et Augustino, aut quicunque alius eius operis auctor, Hypognost.

lib. 6. *Prædestinatio*, inquit, a presidendo vel præordi-

nando futurum aliiquid dicitur. Et infra: *Quod ergo bonum est præscientia prædestinari, id est, præsumptum sit*

in re præordinata. Conseruit etiam Scriptura facta no-

solum Actorum 13. Vbi prædestinati appellantur

præordinati in vitam æternam. Crediderunt, ait Lucas, *quorunque erant præordinati in vitam æternam* sed

etiam quoniā, vbi ad Rom. 8. & ad Ephes. 1. inter-

pres Latinus transfert, *prædestinavit.* Greci habentur

προποιεῖ à verbo προποιέω quod est præstatio, præ-

stituto, prædictamento.

Licet autem ex accommodatione usus, Dei præ-

destinatio à Theologis, imo & ab Scriptura sacra

vñspetur pro sola exteriori Dei præordinatione, qua

rebus mente prædictis exhibere constituit media,

quibus in vitam æternam peruenient, quod pacto

etiam à nobis in sequentibus usurpabitur: vocabu-

lum tamen secundum se latius patet: vnde à Patri-

bus aliquando accipitur pro quacumque Dei præ-

ordinatione. Quod sit, vt Augustinus Hypognost.

lib. 6. & 15. de civitate Dei, cap. 1. & lib. 21. cap. 4.

Fulgentius lib. 1. ad Monimum, ac alijs præordi-

nationem reproborum in supplicium æternam, pro-

ppter ipsorum peccata prævita, prædestinationem ad

supplicium appellant. De prædestinatione etiam

Sanctorum, cap. 10. præordinationem confundi-

quamcumque gratiam, aut donum, appellat Augu-

stinus prædestinationem: atque hoc tantum inter

gratiam & prædestinationem intercessit, quod pre-

destinatio est gratia preparatio gratia vero est iam ipsa

donatio. Denique Hypognost. lib. 6. ciuius operis au-

tor præordinationem cuiusque boni appellat præ-

destinationem, & ferè eodem modo loquitur Da-

malenus secundo libro fidei orthodoxæ, cap. 30.

tamen illud solum dicat Deum prædefinire, ac

prædestinare, quod vult sine via dependentia à li-

bero arbitrio creare. Id namque, quod in potestate

arbitrii

Prædestina-
tionis acce-
ptiones alla
quæst. Pat. 2.